

indú-cas in tenta-ti- ó-nem; sed lí-be-ra nos a ma- lo.

P: Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiae tuae adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi: expectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

C: Quia tuum est regnum, et potestas, et gloria in saecula.

P: Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis; Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiae tuae; eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. **C: Amen.**

P: Pax Domini sit semper vobiscum.

C: Et cum spiritu tuo.

P: Offerte vobis pacem.

C: Pax tecum

The choir sing the "Agnus Dei" then:

P: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Beatis qui ad cenam Agni vocati sunt.

C: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

The Communion now follows while the Choir sings

The Communion Prayer

Beati mundo code, quoniam ipsi Deum videbunt; beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur; beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

Happy are the pure of heart for they shall see God. Happy the peacemakers, they shall be called the sons of God. Happy are those who suffer persecution for justice' sake; the kingdom of heaven is theirs

The Choir then sings Orlandus Lassus' setting of "Iustorum Animae" the words from today's Offertory Verse which was sung in Plainchant after the Bidding Prayers

The Postcommunion Prayer

Mirabilem te, Deus, et unum Sanctum in omnibus Sanctis tuis adorantes, tuam gratiam imploramus, qua sanctificationem in tui amoris plenitudine consummantes, ex hac mensa peregrinantium ad caelestis patriae convivium transeamus.

Father, holy one, we praise your glory reflected in the saints. May we who share at this table be filled with your love and prepared for the joy of your kingdom

P: per Christum Dominum nostrum.
C: Amen


P: Dominus vobiscum.
C: Et cum spiritu tuo.

P: Benedicat vos omnipotens Deus, Pater *et Filius*, et Spiritus *Sanctus

C: Amen.

P: Ite, missa est. **C: Deo gratias**

Recessional Marian Antiphon



S Alve, Regína, *máter mi-se-ricórdi-ae: Vt-ta, dulcé-
do, et spes nóstra, sálve. Ad te clamámus, éxsu-les, fí-
li- i Hévae. Ad te suspi-rámus, geméntes et fléntes in hac
lacrimárum válle. E-ia ergo, Advocáta nóstra, fillos tú-os
mi-se-ricórdes ócu-los ad nos convérte. Et Jésum, benedí-
ctum frúctum véntris tú- i, nóbis post hoc exsí-li-um ostén-
de. O clé-mens: O pí- a: O dúlcis *Virgo Ma-ri- a.

ST MARY'S, CADOGAN STREET, SW3

1130HRS LATIN MASS



In Festo Omnium Sanctorum

Sunday 31st October 2010

Missa "O Quam Gloriosum" (Victoria);
O Quam Gloriosum (Victoria); Iustorum Animae (Lassus)

The Introit

Gaudemus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore Sanctorum omnium: de quorum solemnitate gaudant angeli, et collaudant Filium Dei. **PS.** Exsultate iusti in Domino: rectos decet collaudation

Let us all rejoice in the Lord and keep a festival in honour of all the saints. Let us join with the angels in joyful praise to the Son of God.

Ps. Ring out your joy to the Lord, O you just; for praise is fitting for loyal hearts

P: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti **C: Amen**

P: Dominus Vobiscum

C: Et cum spiritu tuo

The Rite of Blessing & Sprinkling of Water

P: Asperges me,...

C: Domine, hyssopo, et mundaboar: lavabis me, et supervivem dealbabor. mundaboar: lavabis me, et supervivem dealbabor. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. *Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto, sicut erat in principio et nunc et semper, et in saeculum saeculorum. Amen Repeat* Asperges ...

P: Deus omnipotens, nos a peccatis purificet, et per huius Eucharistiae celebrationem dignos nos reddat, qui mensae regni sui participes efficiamur

C: Amen

P: GLORIA IN EXCELSIS DEO

Then, please sit while the Choir sings

Et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Laudamus te Benedicimus te.

Adoramus te. Glorificamus te.

Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.

Domine Deus, Rex coelestis. Deus pater omnipotens.

Domine fili unigenite, Jesu Christe.

Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris.

Qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus sanctus.

Tu solus Dominus.

Tu solus Altissimus, Iesu Christe.

Cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

The Collect

Omnipotens sempiternae Deus, qui nos Omnium Sanctorum tuorum merita sub una tribuisti celebritate venerari, quaesumus, ut desideratam nobis tuae propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus, largiaris.

Father, all powerful and ever-living God, today we rejoice in the holy men and women of every time and place. May their prayers bring us your forgiveness and love

P: per Christum Dominum nostrum.

C: Amen

The First Reading

A READING FROM THE BOOK OF THE APOCALYPSE

I, John, saw another angel rising, where the sun rise, carrying the seal of the living God; he called in a powerful voice to the four angels whose duty was to devastate land and sea. "Wait before you do any damage on land or at sea or to the trees, until we have put the seal on the foreheads of the servants of our God." The I heard how many were sealed: a hundred and forty four thousand, out of all the tribes of Israel. After that I saw a huge number; impossible to count of people from every nation, race, tribe and language; they were standing in front of the throne and in front of the Lamb, dressed in white robes and holding palms in their hands. They shouted aloud, "Victory to our god, who sits on the throne, and to the Lamb!" And all the angels who were standing in a circle round the throne, surrounding the elders and the four animals, prostrated themselves before the throne, and touched the ground with their foreheads, worshipping God with these words: "Amend. Praise and glory and wisdom and thanksgiving and honour and power and strength to our God for ever and ever. Amen." One of the elders then spoke and asked me, "Do you know who these people are, dressed in white robes, and where they have come from?" I answered him, "You can tell me, my Lord." He said, "These are people who have been through the great persecution, and they have washed their robes white again in the blood of the Lamb."

P: Verbum Domini **C:** Deo Gratias

The Gradual

Timete Dominum omnes sancti eius: quoniam nihil deest timentibus eum.

V. Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.

Revere the Lord, you his saints. They lack nothing, those who revere him.

V. Those who seek the Lord lack no blessing

The Second Reading

FROM THE 1ST LETTER OF ST JOHN

Think of the love that the Father has lavished on us, by letting us be called Gods children; and that is what we are. Because the world refused to acknowledge him, therefore it does not acknowledge us.

My dear people we are already the children of God but what we are to be in the future has not yet been revealed; all we know is, that when it is revealed we shall be like him because we shall see him as he really is. Surely everyone who entertains this hope must purify himself, must try to be as pure as Christ.

P: Verbum Domini **C:** Deo Gratias

Alleluia Venite ad me, omnes qui laboratis, et onerati estis: et ego reficiam vos. **Alleluia**

Come to me all ye who labour and are overburden'd and I will give you rest, says the Lord.

The Gospel

P: Dominus vobiscum

C: Et cum spiritu tuo

P: Sequentia sancti Evangelii secundum Mattheum

C: Gloria tibi Domine

Seeing the crowds, Jesus went up the hill. There he sat down and was joined by his

disciples. Then he began to speak. This is what he taught them:

'How happy are the poor in spirit: theirs is the kingdom of heaven. Happy the gentle: they shall have the earth for their heritage. Happy those who mourn: they shall be comforted. Happy those who hunger and thirst for what is right: they shall be satisfied. Happy the merciful: they shall have mercy shown them. Happy the pure in heart: they shall see God. Happy the peacemakers: they shall be called sons of God. Happy those who are persecuted in the cause of right: theirs is the kingdom of heaven. 'Happy are you when people abuse you and persecute you and speak all kinds of calumny against you on my account. Rejoice and be glad, for your reward will be great in heaven.'

P: Verbum Domini
C: Laus tibi Christe

The Sermon

P: CREDO IN UNUM DEUM

Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium, et invisibilium.

Et in unum dominum, Iesum Christum, Filium Dei unigenitum

Et ex patre natum ante omnia saecula.

Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.

Genitum non factum, con-substantialiam Patri: per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis.

Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine:

(bow) **ET HOMO FACTUS EST.**

Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus et sepultus est.

Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas.

Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris.

Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum, et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit.

Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas

Et unam, sanctam, catholicam, et apostolicam Ecclesiam.

Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.

Et exspecto resurrectionem mortuorum.

Et vitam venturi saeculi. Amen.

Bidding Prayers

The Choir sings the motet on which the Mass setting is based "O Quam Gloriosum" while the Priest prepares the Gifts and incenses the Altar (then)

P: Orate, Fratres ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem...

C: **Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram totiusque Ecclesiae suae sanctae**

The Prayer over the Gifts

Gratia tibi sint, Domine, munera, quae pro cunctorum offerimus honore Sanctorum, et concede, ut, quos iam credimus de sua immortalitate securos, sentiamus de nostra salute sollicitos.

Lord, receive our gifts in honour of the holy men and women who live with you in glory. May we always be aware of their concern to help and save us.

P: Per omnia saecula saeculorum
C: Amen

P: Dominus vobiscum

C: Et cum spiritu tuo

P: Sursum Corda

C: Habemus ad Dominum

P: Gratias agamus Domino Deo nostro

C: Dignum et iustum est

The Preface of All Saints

Vere dignum et iustum est aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine Sancte Pater omnipotens aeternae Deus, per Christum Dominum nostrum.

Nobis enim hodie civitatem tuam tribuis celebrare, quae mater nostra est, caelestisque Ierusalem, ubi iam te in aeternum fratrum nostrorum corona collaudat. Ad quam peregrini, per Christum accedentes, alacriter festinamus, congaudentes in Ecclesiae sublimium glorificatione membrorum, qua simul fragilitati nostrae adiumenta et exempla concedis. Et ideo, cum ipsorum, Angelorumque frequentia, una te magnificamus, laudis voce clamantes:

The choir then sing.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Canon of the Mass II

(the priest may choose an alternative)

Vere sanctus es, Domine, fons omnis sanctitatis. Haec ergo dona, quaesumus, Spiritus tui rore sanctifica, ut nobis Corpus et * Sanguis fiant Domini nostri Iesu Christi. Qui cum Passioni voluntarie traderetur, accepit panem et gratias agens fregit, deditque discipulis suis dicens:

ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADATUR. Simili modo, postquam cenatum est,

accipiens et calicem, iterum gratias agens dedit discipulis dicens:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET AETERNI TESTAMENTI QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM.

P: Mysterium Fidei.

R: Mortem tu-am annunti-amus, Dó-mi-ne, et tu-am re-sur-recti-ónem confi-témur, do- nec vé-ni- as.

Memores et igitur mortis et resurrectionis eius, tibi, Domine, panem vitae et calicem salutis offerimus, gratias agentes quia nos dignos habuisti astare coram te et tibi ministrare.

Et supplices deprecamur ut Corporis et Sanguinis Christi participes a Spiritu Sancto congregamur in unum. Recordare, Domine, Ecclesiae tuae toto orbe diffusae, ut eam in caritate perficias una cum Papo nostro Benedicto et Episcopo nostro Vincent et universo clero.

Memento etiam fratrum nostrorum, qui in spe resurrectionis dormierunt, omniumque in tua miseratione defunctorum et eos in lumen vultus tui admitte. Omnium nostrum, quaesumus, miserere, ut cum beata Dei Genetrice Virgine Maria beatis Apostolis et omnibus Sanctis, qui tibi a saeculo placuerunt, aeternae vitae mereamur esse consortes, et te laudemus et glorificemus per Filium tuum Iesum Christum

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia saecula saeculorum. **C:** Amen.

P: Praeceptis salutaribus moniti et divina institutione formati, audemus dicere:

Pa-ter noster, qui es in cae-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um; advé-ni-at regnum tu-um; fi-at vo-lúntas tu-a, sic-ut in cae-lo, et in terra. Panem nostrum co-ti-di-á-num da no-bis hó-di-e; et dimítte no-bis dé-bi-ta nostra, sic-ut et nos dimít-timus de-bi-tó-ri-bus nostris; et ne nos